miſeri contegeret artꝰ· ita ut interdū
ſine tunica ſola cappa contectꝰ· ad mo-
naſteriū remearet· Maluit enim p
pſentis pompe cōtēptū ad indumentū
incorrupcionis eterne ptingere· q̄
per boni operis amiſſionem future
nuditatis obprobria ſuſtinere:·

3 Quodam eciā tēpore ad pipinum
regem veniens· honorifice ſuſce-
ptꝰ eſt· Et inter alia largitatꝭ eiꝰ bnficia
ad neceſſitates fratrū ſuorꝫ ſubleuādas
argenti libras ſeptuaginta percepit·
Sed mox ut ad ſua rediret egreſſꝰ· ma-
ximā eiuſdem pecunie partē pforibꝫ
palacij pauperibꝫ erogauit· Pauros
aūt ſolidos vix a fratribꝫ qui ſecū erāt
compulſꝰ retinuit· quibꝫ poſtmodum
quoddā territoriū monaſterio vicinū
coemit· Domini corū enī nō immemor
mādatorū· ſui cauſa de craſtino non
cogitabat· ſciens monachū victu et
tegumento contentū eſſe debere· et ideo
paupꝑtatē ſibi potiꝰ ſuiſqꝫ delegit· quā
rerum tranſeuncium poſſeſſionem
ſuperfluam expeditis mētibꝫ onero ſam·
Igitur cum iam dn̄s meritis eiꝰ digna
rependere decreuiſſet· callidꝰ vniuerſe
bonitatis inimicꝰ bonis eiꝰ actibꝫ inuidēs
eiꝰqꝫ exemplis aliorū vitā dolēs pficere·
quietem quā in epi ſeruicio licet non
parū laborando poſſedit· pturbare co-
tendit· Sed quāuis flatibꝫ temporarie
aduerſitatis pulſata· radicem petre
veritatis habens infixā· paradiſi cedrꝰ
inconuulſa pmanſit· Nam warinus et
rŭdhardꝰ qui tūc temporis totꝰ alam-
annie curā adminiſtrabant· dyabolo
ſuadente imaniſſimo auaricie morbo
ſuccenſi· res eccleſiarū ſub ſua poteſtate
ſitarū· magna ex parte in pprietatis
ſue dominiū pꝛim cōtraxerūt· Qui
cū ſibi de poſſeſſionibꝫ beati galli pplura
eodem violencie auſu vendicaſſent· vir
dei othmarꝰ nō poſſeſſionibus terrenis
inhians· ſed cenobialis vite defectū
pmetuens· pipinū regem adijt· ipiqꝫ
tyrannicā eorū pſumpcionē expoſuit·
pariter pteſtatus grauē eū crimen
incurſurū· ſi eorū actibꝫ ↄſenciendo
faueret· Qua p cauſa beniuolꝰ pri-
nceps vtrumqꝫ conueniens· interminatꝰ

eſt eis gracia ſua illos omnimodis cari-
turos· ſi nō eccleſys dei q̄ iniuſte abſtra-
xerant· abſqꝫ retraſtinatōe reſtituerēt.
At illi patriā repetentes· vicio rapacitatꝭ
infecti· et beſtiali ſeuicia efferati· iuſſio-
nem regiam neglexerūt· Virū eciā dei
othmarū cū pꝛhac re iterum principe
adire vellet· miſſis clanculū poſt eum
militibꝫ· vinculis iniectū· pꝛim redire
fecerūt· Nec nō et lampertū quendam
qui fratribꝫ eiꝰ pfeſſione cōnumeratꝰ
erat nō vite ſanctitate pſua ſerūt· ut
ei ficta quadā machinacione luxurie
crimē impingeret· id elaborantes· ut
ſc̄itate eiꝰ hꝰmodi ſuſpicionibꝫ infamata·
deponendi eū occaſionem inuenirent.
Qua cauſa plurimi tam doloſe fact-
ionis ignari· ad conſilium euocant̄·
4 Itaqꝫ vir venerabilis caſtitate integer
vite ac morū maturitate grandeuus·
ī medio conciliȷ collocat̄· et ī eiꝰ accuſa-
tionē lampꝰtꝰ falſitatis miniſter coram
oībꝫ pſentat̄· Acceptaqꝫ loquēdi licencia
veritatis oblitꝰ· falſitatis aſſertor· di-
xit ſe quandā feminā noſſe· q̄ a viro
beato vim pollucionis fuiſſet perpeſſa·
Ad q̄d ſer̄ nullū penitꝰ dediſſe reſpōſū.
Cumqꝫ a pluribus reſpondere coget̄
obiectis· hꝰmōi dicto temperauit elo-
quiū· Fateor inquiens me ſupra mo-
dū ī multis peccaſſe· de huius autem
obiectione criminis ſecreti mei inſpe-
ctore deū inuoco teſtem· Illis aūt ut
huiꝰ facti ſe excuſacione purgaret· att-
enꝰ ei inſiſtentibꝫ· mente ſecurus·
cōſciencia liber· tacitꝰ pdurauit· Et q̄
accuſandi licenciam aput iudices pa-
tere cognouit· maluit p ſinceritate ſui
pectoris diuino quā humano pexcuſa-
tione criminis placere iudicio Mox
ergo ut cunctis clareſceret· ipiꝰ caſtimo-
niam falſo fuiſſe infamatā· lampertū
vlcio diuina corripuit· Nam febrium
vexacione puaſꝰ· paulatim reſoluto
mēbrorū vigore contrahi cepit· Sicqꝫ
oībꝫ mēbris ſtatus ſui amittentibus
rectitudinē uel formā· capite ad fera-
more quadrupedū inclinato· nō ſolū
deformitate figure terribilis· verū
eciam viua voce in ſanctum dei
peccaſſe omni tempore fatebatur.

Lizenz: CC-BY-NC – St. Gallen, Kantonsbibliothek, Vadianische Sammlung, VadSlg Ms. 70, f. 19v – Casus Sancti Galli; Vitae sanctorum (http://www.e-codices.ch/de/vad/0070/19v)